

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister


Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



Vult hoc veterum authoritas. Mundum in Autumno creatum, & ratio ipsa ex Copernico, vt Tellus sub eodem initio stet, quo reliqui. Apparebunt igitur superiores in V, inferiores & ☉ in ♄, Luna cum circa terram sit neque in V, neq; in ♄ competit, ne turbet numerum ternarium superiorum & inferiorum. Et sole occidente (sic enim conditus mundi est) nocti nullibi rectius dominatur, quam ex medio cœli, quod est ☉. Sicque poterit in epicycli summa abside consistere. Et quia orbis eius aduentitius est, fortiatut & ipsa aduentitium & peculiarem situm principij. Lunationes etiam eius nobilitas & fama inter homines, lunationumq; potissima quadrans. Caput autem in libram, & caudam in Arietem refero, vt sit in rationali situ cum Luna, absque Ecclipsi tamen: & vt Luna sit in maximo limite horeo. Erit igitur terra oculari etiam positu media inter stellas, sicut orbis eius inter orbis medium locum certo Dei consilio obtinuit, quia omnia propter hominem. Quod si Solem etiam hic in V loces: erit ♄ in ♄, & ♃ in ♄. & reliqua similiter. Sumendi autem motus medij, nam hos in principio cursus, veros esse conuenit, nempe ab absidibus. Hęc palma in medio posita, quam aut similem si quis aut ex calculo aut ex restauratione Astronomiæ adeptus fuerit, is phyllida solus habebit. Hęc de initio.

Finem motui nullum cum ratione statui, nullumque fore Platonium annum ex postulato vno probabo. Detur namque eccentricitatem esse cum orbe in proportione rationali: erunt igitur orbium radij inuicem irrationales, quia habent se, vt inscripti & circumscripti corporibus, qui irrationales sunt, quia sequuntur ex ratione subtensæ in quadrato, & sectionis secundum extremum &